



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Iani Gvlielmi Verisimilivm Libri Tres

Gulielmus, Janus

Antverpiae, M. D. LXXXII.

Cap. IIX. Consilium. Consiliari. Opus approbare. Durare. Illustratus Plautus
Poenulo & Asinaria.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70877](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70877)

huius poëtae, Lucretius. Detondere gubernacula aliis remos detergere est. Cæsar primo De Bel. Civ. Remos transcurrentes detergere, si possent, contenderent. In Fulgère.

Lucilli. Satur. xi. Conuentus pulcer! braccæ, saga, fulgere torques Magni.

voce vltima inducta corrige, Manli. Gallis peculiatum habitum notat, braccas, saga virgata, torques, quos iocosè Manlij dicit, quòd T. Manlius torque Gallo detracto Torquatum cognomen in familiam induxerit. Eundem habitum ex parte Tacitus tantum in historia Augusta, de Cæcina loquens. Ornatus municipia & colonie in superbiam trahedant, quòd infulgore sagulo braccas tegmen barbarum indutus togatos duceretur. Vbi nescio an è glossemate sint illa, braccæ tegmen barbarum indutus, & legendum sit, braccatus togatos, vt aliàs Latini. Certè non ita ignotæ Taciti saculo braccæ, vt explicandæ essent. hoc tamen pono, non etiam adfirmo.

CAPVT IIX.

Consilium. Consiliari. Opus approbare. Durare. Illustratus Plautus Pænulo & Asinaria.

FULLONIAM hoc capite demereri mihi lubet, eademque elegantem locum Plauti illustrare, primore fabula.

Placet consilium. M. I. immò etiam vbi expoliuero,

Magis hoc tum demum dices, nunc etiam rude est.

Duo olim fullonum officia erant; vestem eluere & cogere vnum, alterum eandem creta candefacere: aliud consiliari dicebant, & ipsam actionem, quod consilio multo pedum fieret, consilium; hoc, expolire.

Varro

Varro De lingua Latina libro quinto. *A cogitatione concilium, unde consilium. quod ut vestimentum quod fullonem cum cogitur Consilium dicitur: sic reminiscere, cum ea cogitur: mens ac memoria cogitantur & cogitando repetuntur.*

Quem locum ut obiter explicem, à paucis perceptum cogitare, inquit, est crebro cogere, unde concilium quia cogitur; & hinc consilium, in re fullonia, quae vestimentum cogat, in animo humano, quod cogit id est multum diuque cogat ea quae memoria tenent. Hac igitur urbanissimi ioci mens est. ait de lescens placere sibi consilium, intelligens inuentum sibi & subornando villico: at ille ita accipit, quod de veste lauta & coacta loqueretur: immo, inquit, nihil est praeter ut mox opus meum tibi probabo, etiam addidero politias ceteras. Nam ut nunc res est, consilium quidem est; sed rude & sine politis. Non enim autem est mercenarios opus approbare solitos dominis. Appuleius libro sexto. *Singulisque gratis tibi propositis atque seingatis ante istam vesperam opus expolitum approbato mihi. Milite:*

— *Satin est tibi, si*

Meum opus dabo ita expolitum, ut improbare non queat. Ad quem morem etiam respexit. Porro duradi quodque verbum fullonum proprium erat, quod vestimenta coacta & incretata durefcant. Absque hoc fit, Sibi velle folium erit versus, Asinaria:

Non queo durare. PA. si non didicisti fulloniam,

Non est mirandum.

Vbi malè afflicti sumus, ibi nos durare posse venustissimo loquendi genere negamus. Terentius:

Non hercle hic quidem durare quisquam, si sic fit, propter miseriam ergo suam & dolorè animi muliercula cum significaret, parasitus per deridiculu aliò detorquebat.

CATV